



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 98. Clementis XI. Pontificis querelæ ad Ludovicum Franciæ Regem
contra Cleri Gallicani Præsules.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII
A. C. 1706

tionem Passionis, controversias contra Quaqueros & Syncretistas, Historiam Ecclesiasticam Orlamundanzæ Ephorizæ ejusque Indiculum, superstitionem climactericam, præter varias disputationes. VI. Joannes Schilterus scripsit de pace religiosa, institutiones juris civilis, publici Romano - Germanici, & Juris Ecclesiastici, pluraque alia.

§. XCVIII.

Clementis XI. Pontificis querelæ ad Ludovicum Franciæ Regem contra Cleri Gallicani Præsules.

*Vid. supra
pag. 268.
Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 456.*

Jam anno priori memoravimus, Pontificem ægerrime tulisse, quod Cleri Gallicani Præsules Constitutionem Pontificiam contra Jansenistas suo examini subjecerint, sibi que de rebus dogma concernentibus judicandi facultatem auctore Archiepiscopo Rothomagensi arrogantes, duntaxat hanc Pontificis Bullam *per viam Judicii* acceptarint, eamque nonnisi post acceptationem a corpore Pastorum factam obligare pronuntiarint. Eapropter Clemens XI. Papa ad ipsum Ludovicum Franciæ Regem die trigesima prima Augusti querulas hæc dedit literas.

„Charissime in Christo Fili noster,
„quæ sub nomine postremi Conventus
Cleri

„Cleri Gallicani typis vulgata sunt, si Sæc. XVII.
 „nihil addidissent ad ea, quæ aliquot A. C. 1706.
 „ante annos in hujus Apostolicæ Se-
 „dis offensionem acta fuere; rem forte
 „hanc, etsi per se satis odiosam, &
 „sane parum excusabilem, dissimulare
 „tamen potuissemus, illius exemplum
 „imitati, qui agebat, *cum his, qui ode-*
 „*runt pacem, eram pacificus,* verum cum
 „in negotio editæ a Nobis, Majestate
 „etiam sua rogante, ad eliminandas
 „Janseniani erroris reliquias Constitu-
 „tionis ita egerimus, ut nihil in ea
 „occurreret, quod vel delicatioribus
 „Gallicanorum usuum zelatoribus di-
 „splicere merito posset, nihil æquius
 „profecto expectare Nos posse putaba-
 „mus, quam ut in Cleri Comitibus pari
 „saltem cautione, ac moderatione erga
 „hanc Sanctam Sedem ageretur, eo
 „præsertim tempore, quo majore opus
 „erat, tum inter Caput & membra,
 „tum inter Sacerdotium & Imperium
 „concordia, quamvis autem minime
 „dubitemus, eam revera fuisse omnium,
 „aut plerorumque saltem, qui aderant,
 „Episcoporum mentem, Majestate sua
 „certe id ipsum intendente, tamen ne-
 „cesse est, obreptum illis fuisse, quo-
 „rumdam callidorum hominum moli-
 „tionibus, qui hanc utriusque potesta-
 „tis concordiam exitio sibi esse dudum
 „ex-

„ex-

Sæc. XVII. „experti, ad eam quodammodo labe
 A. C. 1706. „factandam zizaniorum semina spargere

„clanculum studuerunt, quod utique
 „nimium illis e sententia cessit, nam
 „que hæctenus ex hujusce Conventus
 „actis perinde conservata esse videntur,
 „ac si non tam de recipienda præfata
 „Constitutione nostra, quam de Sedis
 „Apostolicæ Authoritate circumscri-
 „benda, vel potius eligenda cogita-
 „tum esset. „

„Neque vero hic de ea solum causa
 „agimus, quam nonnulli propriam, ac
 „veluti privatam hujus sanctæ Sedis
 „esse volunt (quamquam vix nulla, Ro-
 „manæ Sedis causa peculiaris esse
 „possit, quæ non statim ad universam
 „Ecclesiam, cujus illa Caput, & Ma-
 „ter, & Magistra est, pertinere dicenda
 „sit) sed usurpatam nuper doctrinarum
 „novitatem insectamur; brevi, nisi re-
 „primatur, processuram usque ad in-
 „tegram Constitutionum Apostolicarum
 „ipsiusque adeo Catholicæ fidei sub-
 „versionem, ac regiarum Majestatis
 „tuxæ sanctionum elusionem, ad Janse-
 „nismi pariter & quietismi, imo &
 „cujuscunque posthac hæresis impuni-
 „tatem, & triumphum. Quæ omnia
 „quoniam Majestati tuxæ dissimulata
 „fuisse intelligimus, ne a Nobis per
 „quamdam exaggerationem dicta esse
 „videantur

„videantur, ex dilecto filio nostro Tus. Sæc. XVII.
 „fano S. R. E. Cardinali Janfonio nobis A. C. 1706.
 „hac de re paulo ante hujus ab urbe
 „discessum diebus differenti pluribus
 „confirmavimus, & per venerabilem
 „Fratrem Augustinum Archiepiscopum
 „Amasiensem Nuntium apud Te no-
 „strum Majestati tuæ, tum voce, tum
 „etiam scripto pro rei gravitate modo
 „explicari mandavimus, ut plane in-
 „telligas, quam longe a veteri, pro-
 „bataque Ecclesiæ Gallicanæ Doctrina,
 „atque ab ipsa agendi ratione, quam
 „in recipiendis, debitaque obedientia
 „exequendis, Innocentii X. & Ale-
 „xandri VII. Prædecessorum nostrorum
 „Constitutionibus ipsimet & Galliæ An-
 „tistites iniere, postremus cætus iste
 „discesserit. Quamobrem absque Pa-
 „storali muneris nostri negligentia o-
 „mittere diutius non potuimus, quin
 „eas, quas dudum de perperam in eo-
 „dem cætu assertis actisque concepe-
 „ramus querelas, ad venerabiles Fr.
 „Archiepiscopos, Episcopos, alios Ec-
 „clesiasticos viros, qui inibi tunc con-
 „gregati fuerant, deferri curaremus,
 „eosdem Apostolica autoritate, quam
 „Deo Authore licet indigni gerimus,
 „& Deo adjuvante ad ultimum usque
 „vitæ spiritum constantissime sustinebi-
 „mus, sedulo admonentes, ut tradita
 „sibi

Sæc. XVII.
A. C. 1706.

„sibi in Ecclesia, Sollicitudinis parte
 „contenti, plenitudinem potestatis huic
 „uni beati Petri cathedræ divinitus at-
 „tributam usurpare non audeant, &
 „ejusdem de Catholica fide decreta
 „venerari & exequi discant, non di-
 „scutere, aut judicare præsumant.
 „Cæterum in hac expostulandi necessi-
 „tate (cui Nos nonnisi coactos cedere
 „debuisse facile ex ipsa diuturni tem-
 „poris mora intelliget Majestas sua)
 „hoc Nobis solatio est, quod sciamus
 „hujusmodi querelas nostras in aliquos
 „duntaxat, nequaquam vero in uni-
 „versum Cleri Gallicani Corpus reci-
 „dere; nam præterquam quod plures
 „Regni Provinciæ, sicut nobis innotuit
 „suis ad Comitia delegatis, nullam de
 „rebus dogmaticis decernendi potesta-
 „tem fecerant, nullumque Procurato-
 „res absentium Episcoporum, qui ma-
 „gno satis in numero erant, super hisce
 „rebus suffragium tulerant; publice
 „insuper, constantique fama percep-
 „imus, clari nominis Episcopos non
 „defuisse, qui magnopere obstiterunt,
 „ne in acta referrentur ea, quæ perni-
 „ciosam novitatem continere, adeo-
 „que nobis ingrata fore satis superque
 „cognoscerent. Quemadmodum igitur
 „illa, quæ minus legitime, & contra
 „veterem sanamque, atque etiam in
 „Gallia

„Gallia custoditam Majorum doctrinam Sæc. XVII.
 „gesta sunt, & nonnisi Jansenianæ cæ- A. C. 1706.
 „terarumque hæresum novitatibus, in
 „tuto ponendis proficere possunt, latis
 „ad eosdem Episcopos literis improba-
 „vimus; ita ex meliori eorum Consilio,
 „& Majestatis tuæ potissimum, quæ
 „tantam in sectandis erroribus, Eccle-
 „siæque pace concilianda tibi laudem
 „promeruit, zelo emendanda prorsus
 „fore confidimus, neque enim nostram,
 „dum antiquos custodiri fines volumus,
 „sed fidei & Ecclesiæ, quin & ipsius
 „Regni tui causam agimus. Reliqua
 „super hoc argumento accipies a præ-
 „fato Nuncio nostro, tibi que Charissi-
 „me Fili noster in Christo amplissimam
 „benedictionem impertimur.”

Acceptis hisce literis Rex Noallio
 Parisiensi Archiepiscopo ceterisque Cleri
 Gallicani Præsulibus injunxit, ut sum-
 mo Pontifici meliore, quo possent, modo
 satisfacerent: igitur Noallius, qui co-
 mitiis anno priori die 21. & 22 Augusti
 habitis præfederat, unacum aliis sex
 Archiepiscopis & quinque Episcopis
 tum præsentibus totius rei seriem di-
 scutiendam assumpsit, eis que propo-
 suit, petere Papam, ut explicationes
 suas scriptotenus faciant, hancque e-
 pistolam tum ipse ceterorum nomine
 subscriptam Romam mittat, velle etiam
 Hist. Eccles. Tom. LXVII. Aa Pon-

Sæc. XVII. Pontificem, ut Fabronius Cardinalis
 A. C. 1706. prius rudem hujus epistolæ formam
 conciperet: Annuere Præsules, quo-
 circa Papa hanc formulam ad Regem
 & Episcopos transmisit, ab omnibus
 approbatam. Conventum ergo, ut hanc
 epistolam Noallius integra fide transcriberet,
 & subscriptam, ad Pontificem mitteret.
 Hæc se facturum promissit Noallius,
 id vero exequi cunctatus, hæc ceterorum
 nomine circa præfate Constitutionis
 acceptationem exposuit: „Cum Novatores
 in scirpo nodum quere re assueti, quibusdam
 expressionibus, quas in acceptatione
 Constitutionis Pontificiæ adhibuimus,
 abuti possent, ad prævertendas iniquas
 interpretationes consultum duximus,
 veram Conventus nostri intentionem
 explicare: Eapropter nos utpote ibi
 gestorum conscii ac testes, declaramus.
 I. „Voluisse nos hanc Constitutionem
 acceptare eadem forma, & juxta
 eadem principia, secundum quæ alie
 Bullæ contra Jansenii librum fuerunt
 receptæ. „
 II. „Quando diximus, quod Pontificum
 Constitutiones obligarent universam
 Ecclesiam, postquam a Pastoralis
 Corpore fuerunt acceptatæ, non intendimus
 statuere, necessariam esse solennem
 Pastoralis Corporis acceptationem

„tionem ad hoc, ut ejusmodi Sacrae Sæc. XVII.
„Sedis Constitutiones sint erga fideles A. C. 1706.
„credendorum Regulæ.,”

III. „Certissimum nobis est, Con-
„stitutionibus contra Jansenium nullas
„omnino deesse conditiones ad obligan-
„dam totam Ecclesiam necessarias:
„idem etiam censuisset Clerus de aliis
„Bullis contra Bajum, Molinosium, &
„Feneloni librum editis, si de iis men-
„tio fuisset facta.,”

IV. „Non intendimus Cleri Galli-
„cani Conventui attribuere jus exami-
„nandi decisiones Pontificum dogmati-
„cas, aut quod possit eas judicare, aut
„desuper Tribunal supremum sibi ar-
„rogare valeat.,”

Hanc explicationem Noallius a Pa-
risiensi, Tolosano, Burdigalensi, Bitu-
ricensi, Albiensi, Ausciano, & A-
quensi Archiepiscopis, necnon Con-
stantiano, Blessensi, Tricassensi, Anti-
fiodorensi, & Valenciano Episcopis sub-
scriptam ad summum Pontificem trans-
misit, adjecta Epistola sequenti.

„Cum intimo doloris sensu accepi
„Sanctitati Vestrae relatum fuisse, Con-
„stitutionem suam, *Vineam Domini Sa-*
„*baoth*, in Comitibus Anni 1705. habitis,
„non ea, qua par est, Veneratione atque
„obedientia acceptam; quod cum a veri-
„tate prorsus alienum sit, Officii mei,

A a 2

„&

Sæc. XVII „& æquitatis esse duxi, quid rei esset
 A. C. 1706. „aperire, maxime cum iis prædicitis
 „Comitiis præfuerim, eaque de causis
 „votorum omnium particeps, ac præ
 „cipuus testis extiterim. „

„Testor igitur 1. Clerum in his Co
 „muniis Sanctitatis Vestræ Constitutio
 „nem eodem obsequio, eodemque an
 „mo accepisse, quo omnes Prædecesso
 „rum vestrorum Bullæ adversus Janse
 „nium a Majoribus nostris acceptæ
 „sunt. „

2. „Cum dixit, Constitutiones sum
 „morum Pontificum a Corpore Episco
 „porum acceptatas totam Ecclesiam ob
 „ligare, mens ejus non fuit, illas ac
 „ceptatione solemnī Episcoporum in
 „digere, ad hoc, ut tanquam regula
 „credendi, & loquendi ab omnibus
 „Catholicis haberi debeant, licet ab
 „quando solemnitas non mediocris esse
 „possit utilitatis, ubi natus est erro
 „Ultima Jansenistarum munimenta pe
 „nitus convelleré, ipsisque effugium
 „omne in nostris partibus, principium
 „ab his concessio, intercludere opera
 „pretium duxit. „

3. „Non sibi arrogavit, ut Sanctio
 „nes Pontificias examini suo judicandas sub
 „jiceret, sed in ipsis fidei suæ sensum re
 „cognoscendum esse voluit, (quod
 „olim scribebant Leoni Magno Episcopo
 „Gallicano

„Gallicani) ut error a Sacra Sede pro- Sæc. XVII.
 „scriptus unanimes accessione Doctrinæ A. C. 1706.
 „confodiatur. „

4. „Certum illi fuit Pontificiis De-
 „cretis adversus Jansenium nihil deesse,
 „ut universam Ecclesiam obligent, &
 „circa illa nec appellationem admitti,
 „nec mutationem expectari posse; idem
 „& de Apostolicis adversus Bajum,
 „Molinofum, & Librum vulgo dictum:
 „*Maximes des Saints*, definitionibus pro-
 „fessurum fuisse Clerum existimo, si de
 „illis actum fuisset. „

„Hæc omnia ut verissima assero;
 „quapropter Sanctitatem Vestram e-
 „nixe precor, ita de Ecclesia Gallicana
 „sentiatur, ut illam credat, qualem scri-
 „psit Innocentio II. S. Bernardus, *for-*
 „*tem in fide, pacificam in unitate, devotam*
 „*in obedientia vestra, promptam ad servi-*
 „*tium*: Sic etiam affecti sunt omnes Epi-
 „scopi nostri. Ego vero debitæ Apo-
 „stolatui vestro obedientiæ primus om-
 „nium faciam satis. „

„Apostolicæ Sedi, quanta debeam,
 „monebunt me semper Religio, gratus
 „animus, & insita erga Romanam Ec-
 „clesiam reverentia, neque necessarius
 „erit ad confirmandam hanc meam ob-
 „servantiam aspectus Purpuræ illius,
 „qua honestor, & in omnibus summa

A a 3 „cum

Sæc. XVII. „cum Veneratione, & obsequio me
A. C. 1706. „exhibeo. „

§. XCIX.

Alterâ ejusdem Archiepiscopi Parisiensis epistola ad Papam.

*Lesiteau hist.
de la Const.
Unig. l. 1.
pag. 83.
Darsanne
Jurn. p. 3.
tom. 1.*

Cum autem Pontifex præfatam Noalli Parisiensis Archiepiscopi epistolam ab eâ, cujus formulam transmissam longe diversam esse cerneret, datis literis de ejusdem socordia in exequendo suo promisso, apud Regem querebatur, mox igitur Rex Noallium adesse justis sciscitatus, qua de causa epistolam ad Pontificem transmittere, tamdiu distulisset, ad hoc Archiepiscopus lingua obmutuit, & mente debilitata pene occidens, primo se has literas jam misisse, postea transmissas fuisse se arbitratus, ac demum eas nondum Romam directas fuisse, mox autem transmissum respondit: Reipsa etiam quamdam epistolam Pontifici submisit, qua tamen adhucdem Pontifici non erat satisfactum; cum enim Pontifex non paucis ab eodem immutata reperiret, rursus apud Regem querebatur, Noallius vero iterato respondit, se nihil immutatum vero duodecim partim Archiepiscopus, partim Episcopi, qui nuperæ de liberationi intererant, de justa Pontifici